Arg. l. c. (*Chorisandra pinnata* R. Wright Icon. pl. Ind. or. t. 1994) differt praeter alia calyce foemineo, disco utriusque sexus integro.

78. *Phyllanthus* (sect. *Menarda*) *capillaris* α. *montanus*, foliis masculis oblongo-ovatis, fascia viridi laciniarum calycis fructigeri marginem hyalinum bene aequante. Ad Cameroon River Africae occidentalis cum var β. *genuina* m. (*Ph. capillaris* Schum. Beskr. plant. guineens. p. 417) crescit (G. Mann 758).

79. *Phyllanthus* (sect. *Synostemon* m. = genus *Synostemon* F. Müll. Fragm. Phytogr. Austr. vol. 1. p. 32) *ditassoides*, ramulis laeviter compressis superne acute 5—6-angulosis, foliis subsessilibus orbiculari-oblongo-ovatis basi cordatis integris, stipulis exiguis subulatis integris, floribus monoicis axillaribus fasciculatis, laciniis calycis masc. obovato-lanceolatis foem. obovatis breve acuminatis, columna staminali brevi, antheris elongatis breve apiculatis, ovario breve turbinato basi angustato glabro superne subcinereo, stylorum lobis recurvis. In Nova Hollandia septentrionali (Armstrong). — Caules circ. pedales, ramosi, subcinereo-puberuli. Folia inferiora orbicularia, media late ovata, superiora oblongato-ovata, 3—1 cm. longa, 25—5 mm. lata, subviolaceo-viridia, subtus viridi-purpurascentia, papilloso-puberula. Calyx masc. 4 mm. longus, clausus oblongo-ovoideus. Nulli cognitorum arcte affinis.

(Fortsetzung folgt.)

Graphidei et Lecanorei quidam Europaei novi. Exposuit W. Nylander.

In Flora n. 23 hujus anni species nonnullas Europaeas Pyrenocarpeorum breviter exposui [1]). Nunc parcas novitias, quae

1) Ibi p. 357 de *Verrucaria consequente* afferre oblitus sum, eam etiam ad scopulos prope Brest lectam esse a cl. fratribus Crouan. — Quoque indicare potuissem, *Endocarpon Guepinii* ob granula gonima thalli ad genus distinguendum pertinere, cui nomen *Endocarpiscum* in annotationibus meis dedi; diceretur tunc species *Endocarpiscum Guepinii* (Moug.). Nuper Dr. Stizenberger per litteras docuit hunc lichenem, propter thecas polysporas, Dri. Hepp sistere genus novum, quod *Guepiniam* dicit; nomen autem hocce jam diu in Mycologia receptum est, cur in Lichenologia haud recipi potest. — Memoretur hic simul nuperrime mihi novum adhuc Verrucariae speciem innotuisse e Lusitania, lectam a Welwitsch (ex hb. Carroll). Est mea *V. leptospora*,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05979-0491-4

Arg. l. c. (*Chorisandra pinnata* R. Wright Icon. pl. Ind. or. t. 1994) differt praeter alia calyce foemineo, disco utriusque sexus integro.

78. *Phyllanthus* (sect. *Menarda*) *capillaris* α. *montanus*, foliis masculis oblongo-ovatis, fascia viridi laciniarum calycis fructigeri marginem hyalinum bene aequante. Ad Cameroon River Africae occidentalis cum var β. *genuina* m. (*Ph. capillaris* Schum. Beskr. plant. guineens. p. 417) crescit (G. Mann 758).

79. *Phyllanthus* (sect. *Synostemon* m. = genus *Synostemon* F. Müll. Fragm. Phytogr. Austr. vol. 1. p. 32) *ditassoides*, ramulis laeviter compressis superne acute 5—6-angulosis, foliis subsessilibus orbiculari-oblongo-ovatis basi cordatis integris, stipulis exiguis subulatis integris, floribus monoicis axillaribus fasciculatis, laciniis calycis masc. obovato-lanceolatis foem. obovatis breve acuminatis, columna staminali brevi, antheris elongatis breve apiculatis, ovario breve turbinato basi angustato glabro superne subcinereo, stylorum lobis recurvis. In Nova Hollandia septentrionali (Armstrong). — Caules circ. pedales, ramosi, subcinereo-puberuli. Folia inferiora orbicularia, media late ovata, superiora oblongato-ovata, 3—1 cm. longa, 25—5 mm. lata, subviolaceo-viridia, subtus viridi-purpurascentia, papilloso-puberula. Calyx masc. 4 mm. longus, clausus oblongo-ovoideus. Nulli cognitorum arcte affinis.

(Fortsetzung folgt.)

Graphidei et Lecanorei quidam Europaei novi. Exposuit W. Nylander.

In Flora n. 23 hujus anni species nonnullas Europaeas Pyrenocarpeorum breviter exposui [1]). Nunc parcas novitias, quae

1) Ibi p. 357 de *Verrucaria consequente* afferre oblitus sum, eam etiam ad scopulos prope Brest lectam esse a cl. fratribus Crouan. — Quoque indicare potuissem, *Endocarpon Guepinii* ob granula gonima thalli ad genus distinguendum pertinere, cui nomen *Endocarpiscum* in annotationibus meis dedi; diceretur tunc species *Endocarpiscum Guepinii* (Moug.). Nuper Dr. Stizenberger per litteras docuit hunc lichenem, propter thecas polysporas, Dri. Hepp sistere genus novum, quod *Guepiniam* dicit; nomen autem hocce jam diu in Mycologia receptum est, cur in Lichenologia haud recipi potest. — Memoretur hic simul nuperrime mihi novum adhuc Verrucariae speciem innotuisse e Lusitania, lectam a Welwitsch (ex hb. Carroll). Est mea *V. leptospora*,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05979-0491-4

recenti tempore accesserunt inter Graphideos et Lecanoreos, hic definire liceat.

Sed antea observem, tribum totam Xylographideorum esse supprimendam et jungendam cum Graphideis, nam limites nimis confluunt; alibi quoque indicavi, Pyxineos similiter supprimendos esse jungendosque cum Physciis. Addenda vero est tribus Tholurneorum notabilis, a cl. Norman detecta (vide Nyl. Lich. Nov. Granat. 2, p. 145).

1. *Arthonia tenellula* Nyl.

Thallus cinereo-virescens tenuissimus opacus indeterminatus; apothecia nigricantia minutula (latit. 0,1—0,2 millim.) rotundata planiuscula; sporae 8nae incolores ovoideae 1-septatae, longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,005—6 millim., thalamium subincolor. Gelatina hymenea iodo addito vinose rubens.

Ad caules vetustos, *Solani dulcamarae* prope Brest (Crouan).

Thallo, apotheciis minutissimis et sat confertis vel confertis differt ab *Arthonia patellulata* Nyl.

2. *Opegrapha atro-rimalis* Nyl.

Similis fere *O. rimali*, sed sporis constanter 3-septatis (longit. 0,018—26, crassit. 0,006—8 millim.), saltem ut forma peculiaris sit distinguenda.

Ad Hederam et alios cortices teneriores prope Brest (Crouan). In California eadem occurrit (ex hb. Tuck.).

3. *Lithographa dendrographa* Nyl.

Thallus macula cinerascente obsoleta effusaque indicatus vel vix ullus visibilis; apothecia atra linearia (latit. 0,5—07 millim.), margine crassiusculo, epithecio angustato demum explanato, intus concoloria (linea hymeniali obscure vel vix cinerascente); thecae polysporae, sporae incolores ellipsoideae (longit. 0,005—8 millim., crassit. 0,083—4 millim.), hypothecium fusconigrum, paraphyses graciles irregulares non bene discretae. Gelatina hymenea iodo vinose rubens.

Ad corticem ulmi prope Brest (Crouan).

Apothecia longit. circiter 2 millim., apice utroque angustiora, simplicia aut rarius furcato-divisa.

---

quae affinis *V. chloroticae*, sed perithecio integre nigro et sporis tenuioribus longioribusque (longit. 0,045—55 millim., crassit. 0,003—0,004 millim., septis sat constanter 7); corticola, thallo fuscescente tenuissimo vel obsoleto.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05979-0492-0

4. *Pertusaria nolens* Nyl.

Thallus cinereus laevigatus areolato-rimosus determinatus (crassit. circiter 0,3 millim.); apothecia innata (nulla prominentia thalli indicata, nec nisi) ostiolis (epitheciis) nigris planiusculis rotundatis, oblongis aut nonnihil difformibus (latit. 0,15—0,30 millim.), saepe 2 aut plura approximata, intus incoloria; sporae 8nae incolores ellipsoideae (pariete mediocri vel saepe tenui), longit. 0,030—42 millim., crassit. 0,015—22 millim., thecae cylindraceae (iodo intense coerulescentes).

Ad saxa basaltica prope Glenarm in Hibernia (Jones).

Faciei est recedentis, omnino formae *Lecanorae cinereae*, pro qua sumatur, nisi microscopice (et chemice) examinetur. Adhuc exemplum sistit nexus cum genere *Lecanora!*

5. *Pertusaria melastoma* Nyl.

Thallus albus tenuis indeterminatus; apothecia in tuberculis sat parvis (latit. circiter 0,5—0,6 millim.), saepe nonnullis confluentibus, supra nigricantia (parte supera late indeterminate nigricante), intus incoloria; sporae 8nae (in thecis cylindricis) incolores ellipsoideae, longit. 0,030—50 millim., crassit. 0,020—27 millim.

Ad ramulos Juniperi in montibus supra Nystuen, Romsdal, Norvegiae (Carroll).

6. *Lecanora deplanatula* Nyl.

Thallus albus vel albidus vel albo-cinerascens, opacus, tenuis, areolatus, areolis minutis angulosis (latit. 0,4—0,9 millim.), depressis, hypothallo nigricante tenuissimo plerumque visibili; apothecia fusca vel fusconigra, opaca, innata, plana, impressa (1—3 in quavis areola thallina), demum margine proprio cinerascente obtuso munita majoraque (latit. 0,5—0,7 millim.) prominula (quasi biatorina); sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,020—25 millim., crassit. 0,011—15 millim., paraphyses mediocres molles (saltem superne articulatae) apice fuscescentes, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo intense coerulescens.

Supra lapides insulae Kildin in Lapponia orientali (N. J. Fellmann).

Facie fere est haec species *Lecanorae cervinae* var. *percaenoidis* Nyl., sed thallo magis depresso tenuiore, et quoque facile pro specie sumatur e stirpe *Lecanorae cinerae*, sed spermogonia omnino sicut in *L. cervina* (spermatiis oblongis, longit. 0,0035—0,0045 millim.). Thallus supra quasi albo-farinosus vel suffusus,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05979-0493-6

iodo coerulescens. Sporae pariete distincto et saepe adhuc halone involutae. Est species octospora in stirpe *L. cervinae*, ubi thecae vulgo conspiciuntur polysporae.

7. *Lecanora belonioides* Nyl.

Facie est *Beloniae* vel *Verrucariae* cujusdam obtectae, apotheciis singulis in verrucula thallina badio-fusca vel fusco rufescente convexa (latit. fere 0,5 millim. vel minore) inclusis, thallo ceteroquin obsoleto. Sporae ut in *L. fuscata* (Schrad.).

Ad saxa prope lacum Imandram in Lapponia orientali (N. J. Fellmann).

Forte sit modo forma variabilis *Lecanorae fuscatae* (Schrad.) Nyl. Lich. Scandin. p. 175.

8. *Lecanora critica* Nyl.

Thallus albido-cinerascens (jam magis albicans, jam magis cinerascens) sat tenuis vel tenuis, granulato-areolatus, areolis depressiusculis contiguis (aut variantibus plus minus inter se distantibus, immo dispersis), hypothallo nigro limitante (et quoque alioquin plus minus inter areolas visibili); apothecia sordide testacea vel testaceo-fuscescentia, in areolis thalli nonnihil prominulis innata, mediocria (latit. 0,7—1,3 millim.), plana, margine thallino obtuso depresso integro cincta; sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,011—15 millim., crassit. 0,007—0,010 millim., paraphyses mediocres (sed non bene discretae), hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo intense et persistenter coerulescens.

Ad saxa granitosa prope Ruankoski in Lapponia orientali (N. I. Fellmann).

Facies saepe L. *subfuscae* formae margine apotheciorum thallino integro, sed quidem hoc margine et epithecio in eundem quasi transeunte habitum offert accedentem versus *Lecanoram cervinam*; at thalamium spermogoniaque locum prope *L. badiam* indicant. Apothecia saepe 2 (vel plura) in areolis thalli singulis obveniunt vel confluunt. Spermogonia extus ostiolis et epithecio punctiformi nigro visibilia (intus sectione nigricantia); spermatia breviter cylindrica recta (long. 0,005 millim., crass. 0,001 millim.) in sterigmalibus sat brevibus simpliciusculis infixa.

Quoad Graphideos et Lecanoreos europaeos animadvertam simul hac ocasione sequentia.

Opegrapha anomala Leight. in Ann. and Mag. Nat.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05979-0494-2

Hist. 1857, pl. 8, Mudd Br. Lich. p. 236 (sub *Stenographa*) nihil est aliud quam *Graphis Ruiziana* (Fée), qualis etiam thallo lacteo occurrit in America. E Killarney Hiberniae misit Dominus Carroll. Exemplum offert, cum multis aliis, quomodo species praecipue in America vigentes quoque proveniunt in Europa maxime occidentali; respectu habito geographiae botanicae hocce res est admodum notanda. — *Opegrapha prosodea* Ach. usque in Belgia procedit (ex hb. Coemans). — *Opegr. poetarum* DN. est *Hysterium*. — „*Lecania Picconiana*" Bgl. est *Platygrapha* accedens *Pl. leucopsarae* Nyl.

Thelotrema subtile Tuck. species adhuc est americana quam in Hibernia obviam detexit Dom. Carroll [1]).

Litteratur.

Aufzählung ued Beschreibung der in der Provinz Brandenburg, der Altmark und dem Herzogthum Magdeburg bisher wildwachsend beobachteten und der wichtigeren kultivirten Phanerogamen und Gefässkryptogamen. Bearbeitet von Dr. Paul Ascherson. Nebst einer Uebersicht des natürlichen Pflanzensystems nach Alexander Braun. Berlin 1864. Verlag von Hirschwald [2]).

Die erste Hälfte des Werkes erschien 1860 und umfasste in der gewöhnlichen Reihenfolge die natürlichen Familien von

1) *Thelotrema subtile* Tuck. Thallus macula lactea vel albida subnitidiuscula indicatus; apothecia incoloria (alba) erumpentia sat parva (latit. 0,4 millim.), margine thallodeo parum prominulo, proprio saepe albo-pulverulento; sporae 8nae incolores oblongae 10—13-loculares, longit. 0,040–56, crassit. 0,009—0,010 millim. (iodo coernlescentes). Hibernia, Karry, ad corticem fagi Carrol). In Nova Anglia ad corticem betulae (Tuckermann). Parum (et praesertim sporis majoribus) differt a *Thelotremate bicinctulo* Nyl.

2) Das ganze Werk zerfällt in drei Abtheilungen: die erste Abtheilung führt ausser dem oben angegebenen noch den allgemeinen Titel: Flora der Provinz Brandenburg, der Altmark und des Herzogthums Magdeburg. Zum Gebrauch in Schulen und auf Excursionen, bearbeitet von Dr. Paul Ascherson. Diese enthält XXII, 146 und 1034 Seiten in kl. 8. — Die zweite Abtheilung: „Verzeichniss der Phanerogamen und Gefässcryptogamen, welche im Umkreise von sieben Meilen um Berlin vorkommen. Zusammengestellt und herausgegeben von Dr. P. A. Berlin 1859", enthält XII und 211 S. — Die dritte Abth.: „Verzeichniss

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05979-0495-8

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1864

Band/Volume: 47

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Graphidei et Lecanorei quidam Europaei novi 487-491